Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uocabit; uos autem feci
stis illam spelunca latronum.
Et accesserunt ad eum
ceci et claudi in templo;
et sanauit eos. Videntes
autem principes sacerdotum et
scribe mirabilia quæ fecit/
et puros clamantes in templo
et dicentes osanna filio da
uid; indignati sunt et
dixerunt ei. Audis quid isti
dicunt? Illis autem dixit eis,
Vtique. Nunquam legistis
quia ex ore infantium et
lactentium perfecisti laudem?
Et relictis illis abiit fo
ras extra ciuitatem in betha
niam; ibique pernoctauit eos.
De regno dei. offert. In te
sperauit domine dixi tu es deus meus
in manibus tuis tempora mea.
Oblatis quesumus domine. secret.
Oplacate muneribus, et
a cunctis nos defende periculis.
Quum inuocarem te ex. com.
audisti me deus iustitiae meae in
tribulatione dilatasti me miserere
Omni domine et exaudi oratio meam.
Omnes oppressos; ut. post com.
illuminis salutaris capiat
effectum, cuius per hec
mysteria pignus accepimus.
Ascendant. super populum.
Ad te domine preces nostre;
et ab ecclesia tua cunctas
repulse nequitias. Per.
Feria iiij quatuor temporum.
Reminiscere miserationum
tuarum domine et miserationes tue
quae a seculo sunt ne
unquam dominentur nobis inimici
nostri liberabo nos deus israel ex omnibus
angustiis nostris. Ps. Ad te domine
leuauit animam meam deus meus
In te confido non erubescam,
Preces nostras quesumus. oratio.
domine clementer exaudi; et
cuncta nobis aduersantia de
tua tue maiestatis extende. Per.
In diebus illis. Lectio libri exodi.
Dixit dominus ad moysen.
Ascende ad me in mon
tem et esto ibi; dabo que
tibi duas tabulas la
pideas et legem ac mandata
quae scripsi, ut doceas
filios israel. Descendit
itaque moises et iosue